

IX.

Anvisning for en evangelisk Superintendents Embedsførelse.

Efterfølgende indholdsrige Stykke er uden Tvivl den Anvisning, som D. Peder Palladius medgav Mester Jørgen Mortensen Boringholm, da han 1558 tiltraadte Embedet som Superintendent i Vendelbo Stift, og hvori han meddelte ham en fortræffelig Vejledning med Hensyn til hele hans fremtidige Embedsvirksomhed. Stykket kan til en vis Grad siges at være et Udtog af Palladius's Visitatsbog; men det har dog selvstændig Interesse. Navnlig godtgjør det den store Betydning, Peder Palladius har haft for Gjennemførelse af en ret evangelisk Kirkeorden, ikke blot i Sjælands Stift, men i hele Riget. Vi have nemlig Bevis for, at han paa lignende Maade har instrueret flere af de andre Superintendenter, og da navnlig Broderen Niels Palladius i Lund¹⁾, ikke at tale om den Indflydelse, han ad anden Vej udøvede paa hele Kirkestyrelsen.

Stykket meddeles efter et særdeles smukt lille Haandskrift fra det 16de Aarhundrede, indeholdende en Mængde kirkelige Lovbestemmelser og Synodalpaamindelser²⁾, hvilket i Aaret 1870 paa Auctionen efter Provst Brasen i Skjelskør er erhvervet til det kgl. Bibliothek (hvor det nu er indlemmet i Ny kgl. Saml. 277 g 8vo). Blandt Langebeks Excerpter (i kgl. Bibl.) Nr. 252 a findes dog allerede adskillige Afskrifter fra forrige Aarhundrede af Stykker i dette Haandskrift, deriblandt den til nærværende Stykke hørende Anvisning (af Peder Palladius) for Superintendenterne, om hvorledes de skulde omgaas med de adelige Personer i deres Stifter, hvilken alt er meddelt i Ny kirkehist. Saml. I, 350—51. — Den

¹⁾ Se Ny kirkehist. Saml. I, 698—9.

²⁾ Blandt andre Stykker, som findes i det nævnte Hdskr., kunde mærkes et med Overskrift: »De baptizandi modo deque iis, qui tantum nudato capite baptizantur, sic docuit Doctor Johannes Bugenhagius

bevarede Text i det nævnte smukke gamle Haandskrift er i det hele god; kun paa et Par Steder synes der at være glemt et Ord, som jeg har indskudt indesluttet i Klammer. Ved en Sammenligning mellem det her omtalte Hdskr. og et andet, der er skrevet med samme Haand, og som gjemmes i Thottske Saml. 502. 8vo, fremgaar det, at det er Biskop Jens Nielsen i Oslo, som vi skyldte disse Optegnelser.

Tractatus, in quo breviter indicatur, quomodo Superintendentens cum varijs suæ diœceseos ordinibus agat, et suum officium ad gloriam Dei et ecclesiæ ædificationem faciat.

Cum Nobilibus.

(Her følger nu det i 1ste Bind, S. 350—1 allerede aftrykte Stykke, der ved de kronologiske Momenter, det indeholder, viser, at Anvisningen fra først af er forfattet mellem Aarene 1550 og 54, og ventelig 1552, da Niels Palladius blev Biskop i Lund. Foruden hvad der paa det nævnte Sted er meddelt¹⁾, synes til dette Afsnit endnu at høre følgende:)

Templum Superintendentens ingrediatur et circumspiciat, an sit purgatum ab omnibus papisticis reliquiis, vocandi sunt ædiles et cum ipsis expostulandum, quare ferunt talia. Si habent pro se nobilem impium, scribendum est hoc, donec et ipse modeste fuerit admonitus. Significandum est regio præfecto, rogandusque est, vt illuc veniat et pro sua auctoritate omnia deponat, vel per suos præfectulos et seruos hoc faciat. Si est manifestum idolum, ad quod fit concursus, et Superintendentens videt in re præsentī nihil periculi imminere,

Hafniæ. Det er et Brudstykke af det i Ny kirkehist. Saml. IV, 469 flg. meddelte mærkelige Sendebrev fra Bugenhagen til de danske Superintendenter. Brudstykket omfatter dog ikke stort mere end hvad der findes a. St. S. 470; et Par Forbedringer af Texten kan dog hentes derfra, nemlig S. 470 Lin. 1 tilføjes: esse verè baptizatos. Lin. 14 posset, læs: possit. Lin. 20 baptismo, læs: baptismum. Lin. 23 baptizaremus, læs: baptizaremur.

¹⁾ Følgende Textforbedringer kunne mærkes: S. 350 Lin. 6 f. n. Eder, læs: Eders. S. 350 Lin. 2 f. n. vel alias hic (etc.), læs: vel alias, hic (etc.). S. 351, mellem Lin. 22 og 23 mangler følgende Titulatur: Erlig oc Velbiurdig Jomfru, Jomfru Kirstine etc. venligen tilskreffuit.

idolum suis manibus obtruncare et tollere non desinat iuxta ordinationem, et Heliam præstet et Herculem interdum.

Cum præpositis in prima synodo seu conuocatione præpositorum sit hoc Exordii loco.

Venerabiles viri, domini præpositi, fratres in Christo charissimi, postquam venerandus vir, D. M. Laurentius piæ memoriæ, non solum sua Superintendentia graui, laboriosa et molesta, sed etiam omnibus huius vitæ calamitatibus solutus, regnat cum Christo salvatore nostro; mihi vero, licet indigno, legitima electione, confirmatione et ordinatione commissa est hæc functio, videlicet vt iuxta regiam ordinationem et secundum meum iuramentum Serenissimo Regi præstitum ecclesiis Christi hic in Vandalia pro mea virili seruiam in omnibus, quantum ad religionem attinet etc., vos omnes et singulos rogatos habeo propter Christum, vt quemadmodum habet ordinatio de præpositis, quod sint coadjutores Superintendentis, vos in omnibus me et meam vocationem iuuare, mihiq; semper in omnibus adesse vestris consiliis et auxiliis, ad gloriam Dei necnon ecclesiæ ædificationem, velitis. Ego vicissim polliceor, me daturum operam, vt vobis non solum gratias immortales ac sempiternas agam, sed etiam debitam animi mei gratitudinem erga vos omnes et singulos semper summa fide præstem.

Causa autem hujus conuocationis hæc est, vt inter nos despiciamus de negotiis, quæ ad religionis promotionem spectant, curandis. 1. Vtrum vos ipsi, quod spero, per omnia convenitis in doctrina, cæremoniis ac pia et honesta conversatione. 2. An parochi et æditui debitam vobis obedientiam in omnibus præstant. 3. An populus in vrbibus et rurivobis et ecclesiarum pastoribus reliquis sunt obedientes. 4. An scholis bene prouisum est per bonos ministros. 5. An pauperum in hospitalibus et alibi cura et sollicitudo habeatur. 6. An sunt contentiones in clero, publicæ vel privatæ. 7. An scandala in clero sunt orta, quæ necessario tolli debent. 8. An sit aliquis alioqui corrigibilis [error] in quoquam ministro verbi.

Peto vos omnes et singulos, vt fideliter omne illud, quod religionem et ordinem nostrum lædere possit, pro vestra diligentia mecum auertere velitis. Ego nulli vestrum deero in vlla re, multo libentius videbo, quod parochi me ipsum contemnant, quam vobis non præstent debitam obedientiam. Si qui fuerint rebelles vel contra vos vel contra regium præfectum, nullo modo impune ferendum est etc.

Finitis negotiis vel ante negotiorum tractationem dicendum est ad præpositos, vel in generali synodo ad omnes parochos: Pro communi consolatione nos venerabilem virum M. Petrum vel N. audiamus nobis aliquid e suo dono communicaturum in Domino. Tunc rogatus aliquis habeat in vrbibus declamationem de obedientia, de fidelitate seruanda in officio etc., vel ruri concionem. Finito tandem colloquio, Superintendentens addat suam ex scriptura consolationem memoriter recitando, et methodice locum aliquem communem, vt de iustificatione, fide, prædestinatione, operibus etc. Soluta conuocatione, cum adhuc habeat omnia in recenti memoria, signabit ea seorsim apud se, quæ sunt acta in illa conuocatione, per omnes circumstantias, vt post aliquot annos respondeant vltima primis etc.

Vnum aliquem præpositum, quem novit fidelissimum esse, vocet ante omnia seorsim sine aliis, a quo vitam, mores, affectus ac defectus aliorum præpositorum expiscari studeat, vt sciat, quid sibi de singulis pollicebitur, et an digni cum tempore depositione reperiantur, id totum in confessione percontetur, etiam de collationibus parochorum in singulis provinciis: om Calent etc. Si non est consuetudo, tunc inprimis non multum vrgendum est, ne statim omnium nouator proclametur Superintendentens. Omnia paulatim etc. Præterea an secularibus negotiis, vt præfecturis etc., inuoluti sunt præpositi aut parochi, quod nullo modo ferendum est progressu temporis. Sed præfectus regius moderatis verbis admonendus est. Et talis parochus in corona prouincialium parochorum admonendus de malo exemplo, scandalo etc. 1. Interrogandus, an hoc habeat

regia ordinatio. 2. Monstret exemplum, vbi alii pastores ecclesiarum hoc faciunt etc.

Præpositi sunt eligendi seorsim a parochis illius provinciae, sine præsentia et authoritate præfecti regis, quia plane spiritualis functio est.

Cum Præpositis.

Interrogandus est præpositus seorsim, vtrum multum sit ad agendum, vtrum sint contentiones inter fratres, vtrum discordia in doctrina.

Cum Parochis.

1. In primo congressu cum singulis sive vrbanis sive ruralibus quærendum est nomen. 2. Quot parochiæ. 3. Qualis populus. 4. Quot decimantes. 5. An maritus. 6. Quot liberi. 7. Quot libri. 8. An faciat suum officium. 9. An stude[at] diligenter. 10. An prædicet ex libro. 11. Examinandus in loco iustificationis, alius in alio loco communi. 12. Finaliter admonendus de omnibus, et seorsim de his: 1, vt in sincera doctrina maneat, 2, vt odio habeat papisticam et omnem erroneam doctrinam, 3, vt diligenter studeat, 4, vt in vita sua doctrinæ respondere conetur, 5, vt præstet veram obedientiam suis superioribus: 1 Regi, 2 Præfecto Regio, 3 Superintendenti, 4 Præposito. 6, Vt in vera charitate amet omnes, seorsim suos in verbo Dei ministros.

In domibus singulorum.

In domibus singulorum, cum eo venerit, diligentius omnia sunt scrutanda et signanda pro memoria etc.

In ciuitatibus ad hunc modum quærenda sunt omnia.

1. De ipsius persona, officio et mercede. 2. De sacellano et ejus labore et mercede. 3. De ludimagistro et schola, de mercede ludimagistri, de numero discipulorum, et an visitent vt æditui parochias in circuitu oppidi aut civitatis. 4. De hospitali, si illic habetur, et ejus prouisoribus secundum omnes circumstantias. 5. De aliis pauperibus, Husarme, et de illorum diaconis, tabula, pecuniis et distributione. 6. De cæremoniis in templo, an seruentur iuxta ordinationem regiam. 7. De populo an sit in omnibus obediens suo pastori. 8. De scandalosis, si

qui sunt, vt vocentur et objurgentur, vt meretrices, vsurarii, fornicatores etc. 9. De singulorum ministrorum vxoribus et liberis, seorsim de vita ludimagistri, præsertim si iuuenis est. 10. De consulibus et senatoribus, an sint omnium horum defensores, patroni, promotores etc. Indicabitur pastori, quantum habeat onus in suis humeris conjectum. Significet Superintendentens se postridie concionem ad populum habiturum, et roget parochum, vt convocet, finitis sacris, ad summum altare vel in sacristiam: 1. Consules et Senatores omnes, 2. deinde præfectum civitatis, 3. ædiles, 4. ministros omnes cum ludimagistro, vt adsint præmoniti per præpositum, et tamen in fine concionis rogabit ipse Superintendentens Consules et Senatores his verbis:

I Dannemend, Borgemester, Raad och Byfogit, diligeste Kirckeveriger oc fattige folckis verier, beder ieg eder kierligen oc gierne, at i ville komme op til Alteret, naar det er wde, at høre, huad ieg aff Kong. Maiett^s befalning paa mit embitz vegne haffuer att giffue tilkiende. Jeg vil gierne wmage mig lenger for eders skyld.

Cum Consulibus.

I Dannemend, Borgemestere oc Raadmend, Byfoget, Kirckeuerie oc fattige folckis verier, effterdi at ieg wuerdig haffuer fangit befalning aff Gud oc Kong. Maiett. at fare omkring oc haffue tilsium vdi alle geistlige Sager oc paa religionens vegne, er ieg ocsaa kommen hid til eder at forfare til gaffns oc til Guds ære, huorlunde det er fat met alting her i byen om religionen: 1. Om eders Sogneprest, 2. Capellan, 3. Scholemester, 4. Hospitalet, 5. Hussarme, 6. Peblinge.

1. Først skiuder ieg eders Sogneprestis skiel, om nogen aff eder vide nogit at skylde hannem, huor vdi hand bør at rette seg, da forhober ieg, hand skal det gierne giøre, in doctrina, in vita et conuersatione etc. 2. De mercede, quanta et quomodo colligitur, item quoties prædicat in septimana, an iuxta ordinationem. 3. Quæstio: an iuuent

eum in iis redigendis in ordinem, qui male viuunt, an ferant publica scorta etc.

Optime consul, vos propter Christum rogo, primum vt velitis iuuare hunc vestrum pastorem in arguenda scortatione et aliis, nam ille tantum habet potestatem verbo arguendi et ore, sed id pertinaces non curant, ideo magistratuum officium est tales in ordinem redigere, hoc magis timent, magistratus enim est custos totius legis: Vt velitis defendere viros ministros ciuitatis contra illos, qui vertunt illis vnguem; hæc defensio debetur etiam ciuibus, multo magis presbiteris. 3. Vt velitis curare, vt habeant suam mercedem, nam ministri non sunt opifices, rustici etc. De euangelio viuant; cum bonam mercedem consequuntur, habebitis doctos ministros, item retinebitis quoque eos. Exemplum: de Ripensi pastore. 4. Quæstio sic consequenter de ludimagistro et de aliis, vt supra. Rogandi sunt aliquot in Senatu, qui velint post meridiem ire cum Superintendente in Scholam et ad Hospitale, si ibi est, videlicet hora prima etc.

Cum Scholasticis.

Quærendum, quot sint classes, et an habeat Hypodidascalum, vocandi sunt aliquot ex singulis classibus examinandi, partim a Superintendente, partim a pastore, partim ab ipsis Senatoribus, si sunt literati, incipiendo ab infima classe. Inter examinandum quærendum est, quamdiu scholam visitauerit, et tunc aut laudandi aut admonendi sunt singuli, prout bene aut male suas lectiones didicerint. Admonendus Ludimagister in præsentia Senatus, vt sit diligens, pius, castus etc. Admonendi sunt Scholastici, vt sint obedientes. Admonendi sunt Senatores, vt ament Scholasticos et Scholæ ministros atque promoueant eos apud populum in domo civica subinde, vt hilariter iis eleemosinas largiantur. Dimittendi cum aliqua consolatione ex 18 Cap. Matth.: 1. Adduxit paruulum. 2. Nisi efficiamini. 3. Qui susceperint. 4. Qui scandalizauerit. 5. Videte, ne contemnatis vnum ex his paruulis. 6. Angeli eorum etc. Magna dignitas scholastici ordinis. Item, quod Christus ipse Scholasticus existens

sedebat inter doctores in templo. Item, pro iis ædificetur etc.

Cum pauperibus in hospitali.

Eundum est de lecto ad lectum, et interrogandi singuli, quomodo curantur singuli iuxta registrum. Om de haffue sengeklæder nock vnder oc paa dennem, om der redis vnder dem, som tilbørligt er, om deris kleder toes oc tørís saa tit etc. Huad de faa til mad oc dricke, om de begiere nogit synderligt, om de kunde oc ville liste ind i kirken vnder predicken, om nogen begierer at ligge under barskieren, om tiuenden oc quinderne fare vel affsted med dennem, om de kiffuis oc trettis om høns, eeg, skiorter, sercker, bad etc. Om der ere endnu de, som elsker deris psalterband, ia hundesuøber oc himmeltrapper, som de haffue verit bedragit med i Papisterijt, quod etiam nunc de ipsis fertur, et non sunt ferendi inter vere pauperes et domesticos Dei, qui sunt iuuandis pauperum bonis. Admonendi sunt diaconi audientibus pauperibus exemplo Stephani et Laurentii, vt sint fideles et diligentes. Admonendi sunt ægroti, vt sint patientes, et crucem a Deo sibi impositam ferant libenter. Quærendum est, quis prædicat eis catechismum et alias verbum Dei, et quoties, an iuxta ordinationem. Dimittendi sunt cum conciuncula de cruce et de causis crucis, de pœnitentia etc. Si nausea mouetur Superintendentens, habeat aliquid in ore prius. Rogandi sunt prouisoires pauperum in hospitali N., vt dent suam ordinationem Superintendententi transscribendam.

His omnibus rite peractis, redeat ad hospitium suum et conscribat suum diurnum laborem, si quid est, quod regi, quod præfecto, quod præposito (qui tamen deberet ibi præsens esse) significandum est etc. In hospitio venientes excipiet, sua consilia cum eis communicabit. Si hospitatur apud parochum vel apud ædiles, et illi volunt in honorem eius invitare vnum aut alterum e potioribus in ministerio et senatu, nihil ad Superintendentem, modo non fiat eius iussu, etiamsi hoc suadet fieri his verbis: si vultis invitare hunc et illum,

potestis etc. Et cum ædiles sustentent Superintendentem in civitatibus, mittat nuncium ante se ad pastorem loci, vt disponat ei hospiciū vel apud se vel apud ipsos ædiles, sumptibus ecclesiæ etc. Subducat etiam rationem cum ædilibus, quantos sumptus fecit, ne postea dicant, maiorem summam esse, et sic male audiat Superintendens tanquam sumptuosus etc.

Cum Populo.

Agendum est cum populo, tam in vrbibus quam ruri, in templis, prout habet liber visitationis ad hoc conscriptus, item cum iuuentute vtriusque sexus. Et maxima danda opera et movendus omnis lapis, vt tollantur illa impia rosaria, sed caute propter duritiem populi, omnia cum tempore et diligentia.

Cum singulis præpositis et parochis in sua prouincia.

In templo agendum est cum eis, et interrogandus, an singulis annis diligenter visitet singulas ecclesias sine intermissione, iuxta ordinationem, quæ visitatio nullo modo est negligenda, de præteritis: vergeben vnde vergessen, scilicet si quis hoc non vult præstare, deponendus est, et alius, qui promittit se hoc facturum, eligendus consensu [parochorum]. Ibi in corona interrogandi sunt parochi, an habeant aliquid contra suum præpositum, in quo corrigi debet. Et vicissim, an ille habe[at] aliquid contra vnum illorum. Hic obtestandi sunt vtrinque, ne collaudent inter se, et conniueat alter ad alterius defectum, impietatem, parum probatos mores etc. Proponenda est quæstio primum d. præposito de articulis nostræ fidei, deinde reliquis omnibus ordine, vt percipiat, qui aliquid et qui nihil sciunt, vt admoneantur de libris emendis et diligentia in studiis adhibenda etc. — Finito colloquio signabit, quæ sunt signanda.

Cum ædituis.

Hos primum absoluat et dimittat examinatos in catechismo, et interrogandi sunt singuli parochi de suo ædituo, an 1. docet iuuentutem, 2. bene canit, 3. obediens est. Qui doctior est reliquis et ætate maturior, sit aliorum archi-

diaconus, vt ad eum referant suas querelas, et ipse consequenter ad præpositum. Quærendum est, annon intrusi sunt in parochias cum iniuria scholasticorum contra ordinationem, quod nullo modo ferendum est neque a nobilibus, neque a rusticis, nisi rex ipse concesserit eis contra suam ordinationem propter suas rationabiles causas.

Cum mendicis.

Vbi adsunt pro foribus templi et eleemosinas petunt, semper examinandi sunt in catechismo in exitu populi e templo, vt pudefiant et discant etc.

. Cum pueris.

Habeat Superintendens aliquid in pera vel marsupio suo, sacratum, nuces etc., quod det paruis pueris, vt ad recitandum Catechismum alliciantur, et ne perterrefiant etc. Est enim magna captatio benevolentiae apud seniores.

Omnes deliquentes pastores, æditui, ludimagistri et protervi facti citabuntur ad generale consistorium, et in conspectu præpositorum accusandi sunt a Superintendente cum regio præfecto. Præpositi debent iudicare, præfectus debet punire etc. Sed hic opus est prius habere certa testimonia contra eos, quod tales sunt etc.
